zu ⟨1460 April 21/24, Bruneck⟩. **Nr. 6176**

Bericht aus der Sicht des Brixner Domkapitels über die Verhandlungen zwischen NvK, dem Domkapitel und Hz. Sigismund. Der Herzog habe darauf bestanden, dass die Burgen und Städte nicht länger in der Verfügungsgewalt des NvK bleiben, weil er Gerüchten zufolge befürchtete, dass NvK die Hochstiftslehen Hz. Sigismunds dem Kaiser übertragen wolle und sich mit diesem gegen den Herzog verbünden könne. Um größeres Unheil abzuwenden, habe sich das Kapitel bereit erklärt, die Burgen und Städte in Besitz zu nehmen.

Notiz (gleichzeitig): BOZEN, *StA, Codex Handlung (ehemals:* INNSBRUCK, *TLA, Cod. 5911) f. 119^{v}-120^{r}.*
Erw.: Jäger, Streit II 16.

Item d. cardinalis per se dedit istum modum, quod civitates ⟨et⟩ castra consignarentur ad manus capituli[1]), ex quo d. dux noluit amplius confidere de eo, ut essent libere in manibus suis, sed fuit mens et ita condictum erat, ut d. cardinalis perciperet omnes fructus et redditus ecclesie et castrorum et civitatum, ita tamen, quod cederet castellanis de eisdem conswetum salarium. Et capitulum male libenter tamen ad preces d. cardinalis se intromisit ad evitandum maiora mala et ne pervenirent plene ad manus d. ducis, que restitucio est difficillima et non fieret sine magno dispendio, ut suo tempore ostendere potest capitulum. Et capitulum de castris et civitatibus nullum habet nec habuisset comodum aut emolumentum, sed labores et plures incomoditates, quare sine dubio male libenter se intromisit. Et asseritur causam fuisse, cur d. dux non voluerit, quod essent in manibus d. cardinalis, communem pacem patrie. Et quia plura castra erant in confiniis d. imperatoris etc.[2]), timor potuisset esse de imperatore, uti relacione quorundam consiliariorum quidam de capitulo audiverunt, ex quo d. cardinalis voluit, ut differtur ad d. ducem, quomodo d. imperatorem vellet investire de feudis, quas d. dux habet ab ecclesia Brixinensi.[3]) Et sunt xiiii vel xv castra descripta in litteris ducum Austrie, in quibus confitentur eadem in feudum recipisse.[4]) Et quia dominus tenetur vasallum adiuvare, ut veniat ad possessionem, timor fuisse asseritur, si daret fewda, adiuvaret etc.

---

[1]) *Vgl.* Nr. 6175 *und* 6179.

[2]) *Das Domkapitel übernimmt hier ein zentrales Argument, das ab August 1460 die herzoglichen Appellationen und Streitschriften durchzog; s.u.* Nr. 6291 *Anm. 32. Der im kaiserlichen Auftrag handelnde Söldnerführer Jan Wittowetz hatte Ende 1459 Teile der Grafschaft Görz besetzt, darunter auch die Stadt Lienz. Dadurch lagen kaiserliche Truppen in unmittelbarer Nähe des Pustertals. Durch den Frieden von Pusarnitz vom 25. Januar 1460 war der Konflikt jedoch bereits gelöst; vgl. oben* Nr. 6058 *Anm. 2,* 6076 *Anm. 2.*

[3]) *Zu diesem Plan vgl. den Supplikentwurf* Nr. 5473.

[4]) *Gemeint ist v.a. der häufig zitierte Lehensrevers Hz. Friedrichs IV. von Österreich für B. Georg von Stubai von 1438 Dezember 17, der eine Aufzählung der Burgen und Gerichte enthält; s.o.* Nr. 4706 *Anm. 15.*

»Acta Cusana« Band III Lieferung 2 (978-3-7873-4321-8), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2023.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.